



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Antonii Mvsae Brasavoli Medici Ferrariensis Examen
omnium Trochiscorum Vnguentorum, Ceratorum,
Emplastrorum, Cataplasmatumque, & Collyriorum**

Brasavola, Antonio Musa

Venetiis, MDLI

Ceratum Ceronium. .7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70720](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70720)

ANT. MVS AE BRASA.

Lithargyrij unc. iij.

Olei oliuarum unc. vi.

Misce, & fiat ceratum secundum artem.

BRAS. Ad quem conficitur usum? SE. A te libenter hoc addiscerem, quia nunquam uel ipsius minimum uendidi. BRAS. Arbitror lienis duritiei conuenire, & omnia praedura emollire posse ac resolvere.

SENEX VII.

Cum in usu non sit praedictum ceratum, Ceranum contemnemur. BRAS. Ceranum potius nuncupandum est, quia, ut Nicolaus inquit, a cera nomen sortitum est, quod dicit ualere ad humerorum dolorem, & pectoris ex frigidityte, & si humor frigidus illuc delabatur, illum resolvere, splenem remollire, ad hydropem ualere, quae ex causa hepatis frigidi excitata sit: ob eandem causam matricis frigiditytati suprapositum, multum resistit, immo adde plurimum ualere in fractis ossibus, & e proprio loco remotis, quando materiae multae illuc decurrere. at compositionem quam paras referto. SE. Est illa Nicolai. BRAS. Cum uideam uos plerumque ab authoribus esse diuersos, optarem, ut modum quo conficis, referres. SE. Ita conficio.

Recipe Picis naualis bene colatae } Sin. unc. ij. drac. iij.
Cerae, }

Serapini. unc. ij.

CERATORVM EXAMEN

<p>Ammoniaci Terebenthinae, Colophonie, Crocij,</p>		<p>Sing. unc. i. drach. iij.</p>
<p>Aloes. Thuris, Myrrhae,</p>		<p>Singulorū unc. i.</p>
<p>Opoponacis, Galbani, Storacis calamitae, Mastiche, Aluminis, Fœnu græci,</p>		<p>Singulorum drach. vi.</p>
<p>Styracis, Bedelij,</p>		<p>Singulorum drach. iij.</p>

Lithargyrij drach. i. 5.

Ita uero conficiatur, Serapinum, ammoniacum opoponax aliquantulum tusa in uino ponantur, ita ut eotegantur, & ita per noctem maneant, maneq; bulliant ad uini medietatis consumptionem, & uase super ignem posito, cum bullire incipiet, pix naualis bene colata addatur, & baculo semper agitetur, pice liquefacta cera addatur, qua liquefacta imponatur colophonia, styrax deinde addatur pistillo calido trita, post hanc mastiche & olibanum, deinde myrrha & bdelium, interuallo postuo terebenthina addatur, & sequantur alumen, &

ANT. MVS AE BRASA.

lithargyriū, deniq; scenugracū apponatur, cūq; fuerit coctum, supra tepidam aquam fundatur, & manibus ab aqua extracto exprimatur, do nec tota aqua inde exeat: deinde puluis aloes super marmor oleo laurino inunctum misceatur, deinde croco puluerizato, & manibus eodem oleo inunctis conformentur massa.

BRAS. Hæc est præcise Nicolai cõpositio, quã oēs conficiunt, & si aliqua sit apud aliquos diuersitas, in solis est ponderibus, nõ autem in simplicibus.

SENE X

VIII.

Ceratū apostolicon, post ceroniū sedē habet. BRAS. Et hoc est Nicolai, de quo mirandum est qui dixerit emplastrum, id est dura confectio, apostolicon, id est suprapositum uel supramissum, cum ab Apostolis ita nūcupatum sit, ac si sit ab ipsis missum & inuentum: nam Apostoli inungebant egros et sanabatur, & alia applicabant præsidiorum genera, hinc nonnulli suis cõpositionibus authoritatē præbere uolentes, illas Apostolorū nomine aut prophetarū nominabant. SE. Ab apostolis igitur nomen habet? BRAS. Ita arbitror, & cõpõnē quã cõficus referto. SE. Hæc est quã seruo. Recipe Lithargyrij unc. vi.

Cera rubra,	—	} Singulorū unc. ij.
Colophonia,	—	
Propolidis,	—	} Singulorum unc. i.
Visci quercini	—	